

ADDENDA ET EMENDANDA

AD

HEMIPTERA ARGENTINA.

AUCTORE C. BERG.

(*Continuatio*)

(Fam. CAPSIDAE).

Div. CYLLOCORARIA REUT.

Bih. Vet.-Akad. Handl. III, 1, p. 6 et Rev. Crit.

Caps. p. 77 et 81 (1875). Partim.

Hem. Gym. Eur. III, p. — (1883). Recte.

MICROTECHNITES n. gen.

Corpus oblongum, pilosulum. Caput latiusculum, verticale, cum oculis duplo et dimidio latius quam longius; clypeo basi a fronte impressione discreto, fere verticali; loris ex parte haud occlusis; vertice postice marginato. Oculi magniusculi, subreniformes, angulos pronoti valde superantes. Antennarum articulo basali longitudine capitis, secundo primo triplo longiore. Rostrum sat incrassatum, coxas intermedias haud vel paene superans, articulo basali crasso, xyphum marginatum prostethii attingente. Pronotum trapezoidale, antice quam postice plus quam tertia parte angustiore, lenissime declive, antice foveolato-impressum sed nec constrictum nec collariferum, marginibus lateraliibus rectis, postico latissime rotundato, medio fere